



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamen Illustrissimi ac Reverendissimi P. Mag. Fr.
Gabrielis Adarzo de Santander, Episcopi Viglevanensis,
Ad Interrogata respondens Circa Exclusivam, quandoque
à Principibus interpositam, ne ...**

Adarzo, Gabriel

Frankfurt, 1660

[§. II.] Status Ecclesiae propositus pro dignoscendo digniore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10517

tat latè patet per Hostiensem & Abbatem *in cap. 1 de consanguinitate*: Reginaldum *lib. 30. tract. 3. cap. 14. num. 199.* Azorium, Rodriguez & Henriquez apud Barbosam *de potest. Episcop. p. 2. allegat. 1. num 30. & 31.*

§. II.

Proponitur præsens Status Ecclesiæ pro dignoscendo hic & nunc digniore.

Consideremus igitur qualis sit hoc anno 1655 Cincipiente Status Ecclesiæ universalis, qualisque ipsius major indigentia, ut juxta illam magis dignum pro summo Pontificatu inferamus.

Tota ardet bellis Europa ab hinc plus triginta annis: Audacia militum maximè Hæreticorum, Ecclesiæ non veretur. Templa diruit: Imagines evertit: Altaria prophanat. Virgines D E O Sacræ intra Monasterij mœnia non sunt securæ, ibi violantur, & inde, ut meretrizent, extrahuntur: Sed non mirum, quando Sacrosanctum Christi Corpus è custodiâ educitur: utinam non aliquando equis fuisset inter fœna projectum. Frequētantur rapinæ, incendia, adulteria, perjuria. Verba pro aliarum miseriarium expressione non suspectunt; declamet eas ac deploret Ægidius Viterviensis, qui oratione 1. in Concilio Generali Lateranensi, sub Julio II. sequentia de suo Sæculo dolet,

doler, aptissima huic nostro præsentि. *Vidimus* (inquit) *aus utrinque profligatæ*: *vidimus* *cædes*: *vidimus* *clades*: *vidimus* *campos occisorum acervis coopertos*: *vidimus* *terram his annis plus cruoris habuisse*, quām pluviae: *minus imbrum bibisse*, quām sanguinis. *Vidimus* *tantum occubuisse Christiani roboris*, quantum fuerat ad fidei hostem debellandum satis. *Nihilque jam nobis*, nisi exitium, nihil nisi interitum superesset. Hæc ille flebili voce: quæ siccis oculis nec legimus tunc, nec modò referimus.

Si ergo temporibus hisce tot tantaque mala ex bellis & discordiâ inter Christianos Principes oriuntur;

§. III.

Flationes circa qualitates hic nunc, præcipue dignum constituentes indignumque reddentes.

Infertur primò, quòd ille hodie dignior censendus sit pro summo Pontificatu Ecclesiæ, qui (suppositis supponendis circa dotes Sanctimonix, Litteraturæ & Prudentiæ) magis propensus fuerit in pacem publicam; & qui plus de eâ sollicitus speratur. Probatur, nam si semper major dignitas ad Pontificatum,

K est